

## EXEGESIS.

**C**irca hunc articulum variæ sunt Interpretum sententiæ, non tantæ, ut difficultatem aliquam injicere nobis possint: Refert Imperator se ad consuetudinem cujusque loci, regionis, provinciæ & civitatis, præcipuè ad eam consuetudinem, quæ ante hanc Ordinationem obtinuit. Et potest articulus in duas partes commodè distribui, quarum *Prior* agit de proclamatione facta ad instantiam accusatoris, ut scilicet carnifex publicè proclamet, numquid è populo quispiam alius adhuc reperiatur, qui contra condemnatum insurgere velit? quod autem illa proclamatio fiat ad defensionem rei, non videtur verosimile, quoniam illa defensio accusatoris intentioni penitus noceret. *Alter* agit de Rei innocentia, scilicet, si ipse jam tum innocens deprehensus fuerit, accusator quoque jus suum persequi nolit, (quod totum est consuetudine locali est desumptum) interim reus condemnatus petat sibi justitiam administrari, & sententiam contra se latam executioni dari, vel se absolvi, eo casu, ista proclamatione non est opus. Sed ut in hujus articuli declaratione nos detineamus, & cum Mantzio p. 334. divinationem quandam instituiamus, opus non est, cum istius usus non sit apud omnes; Olim tamen consuetudo viguit, ut carnifex accusationem contra reum publicâ proclamatione repeteret. Ubi autem illa adhuc obtinet, ibi etiam retinenda est.

## ARTIC. LXXXVIII.

*De procuratoribus & defensoribus utriusque partium dandis.*

## Von Fürsprechern.

**F**ürsperen und Antwortern/ soll jedem Theil auff sein Begehren/ ein Fürsperch aus dem Gericht erlaubet werden/ dieselben sollen bey ihren Eyden/ die Gerechtigkeit und Warheit/ auch die Ordnung dieser unser Satzung fördern/ und durch keinerley Gefährlichkeit mit Wissen und Willen verhindern/ oder verkehren/ das soll ihnen also durch den Richter bey ihren Pflichten befohlen werden/ doch daß derselbige Schöpff/ der also des Anklägers Fürsperch gewest/ sich hinfürter beschließens der Theil enthalten/ u. die andern Richter u. Schöpffen nichts destominder vollführen